

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Logica s. ars cogitandi - Ettenheim-Münste 101 - Philosophia eclecticica

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Pars tertia logices

[urn:nbn:de:bsz:31-110938](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110938)

154.  
censuimus; cum multo magis pende-  
ant à rei tractanda cognitione,  
quàm à regulis Logices. Et hæc de  
Judiciò atque generatim de secundâ  
parte Logices nostra dicta sunt.

Partes tertia Logices.

150.  
De  
Ratiocinatione.

Ratiocinatio est tertia cogitatio-  
nis species, quâ judicium aliquod ex aliis  
prioribus inferitur. v.g. ex eo, quòd  
vitrum translucet, ipsum occultis fo-  
raminibus patens esse colligitur; que-  
riam omne, quòd transluet, cuius  
saltem foraminibus pertusum esse debet,  
ut luminis transitum præbeat. Si Ra-  
tiocinatio verbis exprimitur, dicitur  
Argumentatio, quæ definitur Oratio  
ad exprimendam Ratiocinationem ins-  
tituta. eaque totuplex est, quotu-  
plex Ratiocinatio. Unde de Ratiocina-  
tionis naturâ primo nobis dicendum  
est: tum quid sit et quotu-  
plex Argumentatio; atque etiam quæcum-  
que ad eam pertinent suo ordine ex-  
ponemus.

151.  
Caput I. unum

De Ratiocinationis Naturâ.

Cum Ratiocinatio sit mentis  
cogitatio, quâ unum judicium ex aliis  
antecedentibus judiciis deducitur, ut  
omnes definiunt; illius natura obsu-  
ra esse non potest, videturque aper-  
tum, illam ad judicium reduci debere,

atque esse quamdam idius speciem: 155.  
Pro quo sit

Conclusio 1<sup>ma</sup>

152.

Ratiocinatio est quaedam species  
iudicii.

Prob. Actus mentis aliquid affir-  
mantis vel negantis ex eo, quod alia affir-  
maverit vel negaverit, est quaedam species  
iudicii. Atqui Ratiocinatio est actus  
mentis aliquid affirmantis vel negantis  
ex eo, quod alia affirmaverit vel nega-  
verit. Ergo Ratiocinatio est quaedam  
Species iudicii. Major patet ex sup.  
part. 2. tradita iudicii definitione.

Min. prob. Ex eo v. g. quod quis  
affirmaverit, mentem hominis esse  
Substantiam Spiritalem, asserit, eam  
esse immortalem: quia omnis substan-  
tia spiritalis est immortalis. Atqui  
hoc est actus mentis aliquid affirman-  
tis vel negantis, ex eo, quod alia affir-  
maverit vel negaverit. Ergo Ratiocinatio  
est actus mentis aliquid affir-  
mantis vel negantis, ex eo, quod alia  
affirmaverit &c. Ergo est quaedam species  
iudicii.

Id autem Ratiocinatio habet  
peculiare, quod unam ideam cum al-  
tera non coniungat, aut ab altera non  
separet, nisi prius utraque cum ali-  
qua tertia praevis iudicis fuerit com-  
parata: v. g. in sequenti Ratiocina-  
tione non prius coniungitur idea Subs-  
tantia immortalis cum idea mentis,  
quam utraque cum idea Substantia

156. Spiritualis fuerit comparata, hoc modo:  
Omnis Substantia spiritualis est immortalis:  
Atqui mens hominis est Substantia spiritualis:  
Ergo mens hominis est immortalis.

\* Quaestio dicitur est  
ac Propositio,  
de cuius veritate  
aut falsitate que-  
ritur.

Hujus ratio est, quod ubi connexio  
vel Separatio attributi et Subjecti alius  
quæstionis\* per se ipsam non innotescit,  
tertia quædam idea opus sit, per quam  
ista connexio aut Separatio discerni possit;  
quæ tertia idea argumentum seu me-  
dium solet appellari. v.g. Si quis dubitet,  
an attributum quæstionis istius, Mens  
hominis est immortalis, cum Subjecto  
conueniat, tertiam adhibet ideam, nem-  
pe Substantia spiritualis, quam cum Sub-  
jecto et attributo singillatim componit;  
tuncque eam esse immortalem deprehendit.

Quod si conjunctio aut Separatio ter-  
minorum propositionis seu quæstionis  
alius per se nota sit, tunc nullo argu-  
mento opus est, ut ipsius veritas vel fal-  
sitas demonstretur: eiusmodi sunt  
propositiones per se nota, quæ axioma-  
ta vocantur; v.g. Omne totum est ma-  
jus sua parte, &c.

153.

Ex quo intelligi potest, in omni  
Ratiocinatione duo saltem præmitti oportere  
iudicia, in quorum uno contineatur  
tertium aliquod ex eis ductum; quod  
modo Conclusio, aut Complexio: modo  
Quaestio, aut Propositio vocatur.  
Quaestio enim seu Propositio non differt  
à Conclusionem seu Complexione, nisi  
quod Conclusio fuerit aliquo argumento  
confirmata, Quaestio autem proposita

tantum sit, non vero probata. 157.

Diximus 1.<sup>o</sup> Conclusioni saltem duo  
præmitti oportere iudicia: nam ex uno tan-  
tum antecedente iudicio nihil concluditur,  
nisi aliud iudicium cum illo antecedente  
conjunctum intelligatur: v.g. Cum dico,  
Cogito; ergo sum: posterius iudicium ex an-  
tecedente non colligerem, nisi aliud mente  
conceptum haberem, scilicet, Omne quod  
cogitat, est, seu existit; unde subsumo:  
Atqui cogito, ergo sum.

Diximus 2.<sup>o</sup> Conclusionem uno præ-  
missorum iudiciorum contineri, et illo  
esse contentam per alterum iudicium de-  
clarari: v.g. hæc conclusio, Ergo mens  
hominis est immortalis, in isto iudicio  
continetur, Omnis Substantia Spiritalis  
est immortalis; idque declarat seun-  
dum hoc iudicium, Atqui mens hominis  
est Substantia Spiritalis: nam si mens  
hominis est Substantia Spiritalis, certè in  
hæc propositione continetur, Omnis Subs-  
tantia Spiritalis est immortalis; adeo-  
que et ipsa velut immortalis est habenda.

Verum circa Ratiocinationis natu-  
ram quaeritur hæc adhuc, an sit simplex  
mentis actus, an quidpiam compositum?  
Quæde re ponitur

Conclusio 2.<sup>a</sup>

154.

Ratiocinatio est simplex mentis  
actus, non quidpiam compositum.

Prob. Iudicium est simplex men-  
tis actus; prout sup. ubi de natura iudi-  
cii agebamus, à nobis demonstratum est.  
Atqui Ratiocinatio est iudicium ali-

158. quod, ut modo probatum est. Ergo est simplex mentis actus.

159. Ob. Ratiocinatio continet multa iudicia. Ergo non est simplex mentis actus.

Resp. neg. ant. Quamvis enim Ratiocinatio duo saltem exigat iudicia, ut tertium ex iis inferat; non tamen ex multis iudiciis componitur, uti nec iudicium ex multis iudiciis constat, licet eas conjungat aut dividat. Ratiocinatio igitur est simplex mentis assensus vel dissensus, quem propositioni seu questioni alicui ex aliis deducta praebet.

Inst. Argumentatio multas continet propositiones. Ergo etiam Ratiocinatio multa continet iudicia; utpote cuius interpres est Argumentatio.

Resp. neg. cons. Quamvis Argumentatio contineat multas propositiones, non tamen inde sequitur Ratiocinationem multa complecti iudicia; quia Ratiocinatio est simplicior argumentatione, cum Ratiocinatio sit actus mentis unum iudicium ex aliis duobus saltem coadjuvantibus, id est, aliquid affirmantis vel negantis ex eo, quod alia quaedam affirmaverit vel negaverit; Argumentatio vero sit oratio aliqua ex multis partibus, seu propositionibus composita.

Quod et si verum sit, non tamen diffitendum, Ratiocinationem communi loquendi usu cum Argumentatione promiscue accipi: unde dicitur, longa ratiocinatio, brevis ratiocinatio.

Atamen, si Ratiocinatio Strictè sumatur, nempe pro actu mentis unum iudicium ex aliis duobus saltem precedentibus inferentis, certè simplicior est argumentatione. De quâ nunc agendum.

159.

Caput Secundum.

156.

De Argumentatione.

Argumentationis nomen ab Argumento dicitur, hoc est, ut Scholæ loquuntur, à Medio, quo propositio seu questio, qua dubia erat, comprobatur. Cum enim propositionis alius termini non ita inter se coherent, ut eorum connexio liquidò statim omnibus appareat, tunc opus est argumento seu medio quodam termino, quo ista connexio manifesta fiat; tumque propositio, qua questio dicebatur, conclusio aut complexio appellari incipit.

Definitur argumentatio, quod sit Oratio, quâ unum iudicium ex prioribus iudiciis ibatum distinctis propositionibus exprimitur. Quare in argumentatione tria reperiuntur, scilicet Antecedens, Consequens, et Consequentia.

Antecedens est id, ex quo aliquid infertur, ac duo saltem iudicia includit, sive ea expressa sint duabus propositionibus, sive alterum eorum laesatur. Consequens est id, quod ex alio consequitur; sive est propositio aliqua collecta et deducta ex duabus

160. Saltem aliis antecedentibus propositionibus,  
quarum una nonnunquam supprimitur,  
et taceatur. Consequentia denique  
definiri solet, Connexio consequentis cum  
antecedente; quae quandoque bona est,  
etiamsi consequens sit falsum: v.g. Si pra-  
mittatur falsum istud Antecedens, Materia  
est cogitans, rectè inferitur hoc falsum Con-  
sequens, Ergò materia potest esse beata;  
quia quidquid cogitat potest esse beatum.  
Vicissim potest esse verum consequens,  
et mala consequentia: ut si dicatur Cir-  
culus est rotundus, Ergò differt à Sphera.  
Non enim idè differt Circulus à Sphera, quòd  
rotundus sit; sed quòd sit planus, Sphera  
verò solida.

Verum etiamsi consequens et Conse-  
quentia hoc modo distinguì soleant in  
Scholis, aliundè tamen consequens, consec-  
tarium, connexum, consequentia et  
consecutio promiscuè apud Auctores Lati-  
nè loquentes usurpantur, prout norunt  
omnes eruditi.

Varia porò de Argumentatione  
sic definita nobis Speciatim veniunt  
tractanda, quae singulis paragraphis  
exequimur.

§. i. mus

157.

De Variis Argumentationis  
generativis Speciebus.

Omnis argumentatio Inductio-  
ne, et Sylogismo praesertim conti-  
netur. Sed Inductioni adiungitur  
Exemplum; Sylogismo verò conso-  
ciantur tum Sorites et Dilemma,  
quae multos Sylogismos virtute conti-

6Aa  
66

nent, tum Entymema, quod est Sydo. 161.  
gismus truncatus; tum Epiherema, quod  
est Sylogismus, cuius alterutri vel utri-  
que premissarum propositionum sua  
probatio adnectitur. Unde generatim  
septem numerari possunt Argumenta-  
tionis species, quarum tamen quinque  
sub duabus aliis tanquam generibus con-  
tinentur, videlicet, Inductio, Exem-  
plum, Sylogismus, Sorites, Dilemma,  
Entymema, et Epiherema.

Inductio est Argumentatio, qua 158.  
ex omnium sive generum, sive specie-  
rum, sive individuorum enumeratio-  
ne, aliquid in omnibus commune, et  
universale concluditur. v.g. si quis dicat,  
Aurum liquari potest, Argentum liquari  
potest, Cuprum, Stannum, plumbum,  
et ferrum liquari possunt; recte conclu-  
det, igitur omne metallum liquari  
potest. Haec Argumentationis species  
est invictissima, si integra sit et per-  
fecta rerum enumeratio: alioquin est  
manca, et roboris expers.

Exemplum est Argumentatio, 159.  
qua ex uno aliquo singulari alio sin-  
gulari simile colligitur. v.g. si ex eo,  
quod integrum anni spatium in sum-  
pserim in re aliqua discenda, colligam,  
tantundem temporis alteri requiri, ut  
ejusdem rei cognitionem assequatur.  
Verum haec Argumentationis species cau-  
te admodum est adhibenda: nam in his,  
quae similia videntur, aliqua semper

162. occurrunt discrimina, quae justam unius ex alio consecutionem impediunt. Non enim v.g. tantum fortasse temporis alteri opus est, ut aliquid addiscat, quantum mihi. Unde nunquam frequentius homines errant, quam ubi ab Exemplo argumenta petunt. Non autem errabimus, si ex eo, quod quis se probe gerat, colligamus, ita nobis esse vivendum: vel ex eo, quod male agendo fama jacturam fecerit, à simili vivendi ratione nobis abstinendum inferamus.

160. Ad Exemplum pertinent Parabola, et Apologus. Parabola hoc loco est similitudo vel collatio ex re ficta, ad suadendum id, quod intendimus, comparata; cujusmodi est ea, quam Nathan Propheta Davidi proposuit, 2. Reg. c. 12. Item illa, quas etiam adhibuit Christus Dominus de Patrefamilias, qui operarios conduxit, ut eos in vineam suam mitteret, Matth. 20. De latore boni seminis, ibid. c. 13. pp. Apologus est fabula, quae vel homines cum beluis, vel beluis inter se colloquentes ad nostram institutionem finguntur; cujusmodi sunt fabulae Aesopi.

161. Sylogismus definitur, quod sit oratio quaedam, in qua positae duabus propositionibus, quarum una Major altera Minor vocatur, quaedam propositio, scilicet Conclusio, sequitur necessario, ex eo, quod vera sint duae priores; quae Praemissae vocantur, quia Conclusioni in Sylogismo praemittuntur; ut quando dicitur:

Omne quod cogital existit.

Atqui ego cogito.

Ergo existo.

163.

Circa Syllogismum sic definitum  
quari solet in Scholis 1<sup>o</sup>. In quo posita sit  
ejus natura, an in tribus propositionibus,  
an in conclusione tantum. 2<sup>o</sup>. Utrum,  
semel admisis premisis, teneatur quis  
assentiri conclusioni? Quibus breviter  
ita respondemus.

Ad 1. Cum Syllogismus, ut ex ipsius  
modo data definitione patet, sit Oratio  
ex duabus premisis et conclusione cons-  
tans; certum videtur, idius naturam in  
tribus hinc propositionibus esse consti-  
tutam. Ratiocinatio quidem, ut superiori  
Capite ostendimus, in sola conclusione seu  
idatione unius ex alio est collocata; quia  
Ratiocinatio simplicior est Argumentatio-  
ne, et in solo mentis actu consistit: Ar-  
gumentatio vero est Oratio ex multis pro-  
positionibus composita.

Ad 2. Respondemus affirmative:  
Nam si conclusio continetur in premisis,  
adeoque ex eis necessario sequatur; pro-  
fecto admitti non possunt premisa, quin  
conclusioni assensus debeatur. Atqui Con-  
clusio continetur in premisis, et ex eis ne-  
cessario sequitur. Ergo non potest quis  
assentiri premisis, quin etiam conclusio-  
ni acquiescere teneatur.

Sorites seu Gradatio est Argumen- 162.  
tatio seu Species Syllogismi, qui ex pluri-  
bus propositionibus sic coalescit, ut attri-  
butum praecedentis sit Subiectum conse-  
quentis, donec prima propositionis Subje-  
ctum cum ultimo attributo componatur;  
ut si velim probare Avaros esse mise-

7Aa

67

164. ros, ita per gradationem deficere potest:

Avari multa desiderant:

Qui multa desiderant, multis egent:

Qui multis egent, sunt miseri:

Ergo Avari sunt miseri.

163.

Dilemma est Argumentatio seu Syllogismus compositus incommo- dum un-  
dequaque inferens, in quo post divisionem  
totius in duas partes, id concluditur de toto  
quod de quavis parte conclusum fuerat:  
ut si velim probare omnes homines in hac  
vita miseros esse, ad idud consequendum  
utatur sequenti dilemmate:

Quisquis hanc vitam vivit, ille vel cupiditati  
servit, vel obstitit.

Si servit, miser est: nam eas explere nun-  
quam poterit.

Si obstitit, miser quoque est: nam sibi per-  
petuo repugnare tenetur.

Ergo quisquis hanc mortalem vitam vivit,  
miser est.

Conclusum fuit, eum, qui cupida-  
tibus servit, esse miserum; eum item,  
qui illis obstitit, miserum esse; quae duae  
propositiones erant veluti divisionis par-  
tes: et exinde generatim concluditur, Om-  
nem hominem esse miserum.

164.

Enthymema est Syllogismus trun-  
catus, cujus aliqua propositio retinetur,  
et in mente retinetur, prout graecum  
Enthymematis nomen sonat. Unde En-  
thymema in ore, ut ajunt, est Syllogis-  
mus in mente: ut v. g. Cogito, ergo sum.

165.

Epiherema denique est Syllogismus,  
cujus alterutri, vel utrique praemissarum  
sua probatio adjungitur hoc modo:  
Omne quod cogitat existit: fieri enim no-  
n potest, ut quod non existit, cogitet.

Atqui ego cogito: nam percipio, iudicio, <sup>du</sup> 168.  
bito, volo, p.  
Ergo existo.

Haec omnes Argumentationis Species  
praeter Syllogismum morari nos non de-  
bent. Etenim, quae ad Inductionem et  
Exemplum spectant, uno verbo indica-  
vimus. Sorites quoque et Dilemma  
longiore in explicationem non requirunt,  
ut et nec Enthymema nec Epichorema,  
cum e ipsa sint Syllogismi aut ad eum  
referantur. Quare de solo Syllogismo  
nobis incumbit dicendum.

Duplex autem generis esse dignosci-  
tur, sicut Simplex et Coniunctivus.  
De utroque variis paragraphis tractabimus,  
ita ut 1.º de Simplex, et 2.º, quae ipsi  
spectant, tum de Coniunctivo, ac deni-  
que quae ad utrumque sunt consecutaria  
singillatim agamus.

§. Secundus.

De Syllogismo Simplex  
et in quibus generatim  
constat.

166.

Syllogismus Simplex dicitur is, cu-  
jus medium cum utroque quaestionis  
seu conclusionis termino seorsim con-  
jugitur. Quae definitio, ut clarior  
evadat, materiam et formam ipsius  
Syllogismi explicare necesse est.

Igitur materia Syllogismi est  
id, ex quo componitur Syllogismus:  
et duplex est, nempe remota seu  
termini, et proxima seu propositio-  
nes. Ex terminis enim et proposi-  
tionibus componitur Syllogismus, ita  
ut termini propositiones immediate,

8  
56

166. hisque mediantibus Sylogismum Propositiones vero immediate Sylogismum constituent; ut patet.

Termini sunt numero tres: scilicet Major, Minor, et Medius, live Majus extremum, Minus extremum, et Medium.

Majus extremum est attributum conclusionis directae; quod ideo dicitur Majus, quia ut plurimum universalis est Minore extremo.

Conclusio Directa est ea, in qua naturalis ordo terminorum servatur ita ut id vere attributum sit, quod debet esse attributum; et vere Subjectum, quod debet esse Subjectum habitae ratione promissarum.

Minus extremum est Subjectum Conclusionis itidem Directae.

Medium seu Argumentum est terminus, qui sumitur ad probandam connexionem vel repugnantiam Majoris et Minoris Extremi. Ideo autem vocatur Medium, quia plerumque inter Majus et Minus Extremum interjacet, ac utriusque est vinculum.

Propositiones Sylogismi sunt Major et Minor, quae Premissa vocantur, et Conclusio.

Major propositio, quae nonnunquam simpliciter Propositio vel Thesis dicitur, est ea, quae constat ex Majore Extremo et Medio: Minor, quae etiam Assumptio vel Hypothesis voca-

tur, ex Minore Extremō et Medio con- 167.  
tituitur. Conclusio denique, qua à S. Au-  
gustino Summa dicitur, cōquod sit to-  
tius Syllogismi Summa seu breve conten-  
tum, ex Majore et Minore Extremō  
componitur; nam Medium nunquam  
ingreditur Conclusionem. Sit igitur  
iste Syllogismus Simplex.

Omne cogitans est Spiritale:

Omnis mens est cogitans:

Ergo Omnis mens est spiritalis.

Mens in hoc Syllogismo Simplex  
est Minus Extremum, quia est subjec-  
tum Conclusionis: Spiritalis est Majus  
extremum, quia est ejusdem Conclusio-  
nis attributum: Denique Cogitans est  
Medium seu medius terminus, qui seor-  
sim cum utroque Extremō conjungitur,  
nempe cum Majore Extremō in majore  
propositione, et cum Minori Extremō  
in minore propositione.

Forma Syllogismi est dispositio 167.  
materia Syllogismi; quae itidem duplex  
est; nempe vel materia remota seu  
terminorum, et dicitur figura; vel  
materia proxima seu propositionum,  
et dicitur modus.

Figura Syllogismi est apta Me-  
di cum Extremis ad concludendum Dispo-  
sitio; Quae quidem dispositio exigit  
i.º ut tres tantum sint termini  
in Syllogismo: quia Syllogismus est  
probatio, sive affirmans sive negans,  
unius de alio per aliud; nempe Majoris  
Extremi de Minore Extremo per Me-  
dium. Omnis quippe Ars Syllogis-

168. tunc, saltem quoad Syllogismos affirmantes,  
hoc principio nititur: Quae sunt eadem  
uni tertio sunt eadem inter se: adeo  
ut si Majus et Minus Extremum sint  
quid idem ac Medium, ea pariter  
sint quid idem inter se.

2<sup>o</sup> Ut termini non sumantur  
generalius in Conclusionem, quam in pre-  
missis: quandoquidem a particulari non  
est legitima conclusio. 3<sup>o</sup> Ut

Medium nunquam ingrediatur conclu-  
sionem: nam Medium tantum sumi-  
tur ad probandam connexionem vel  
repugnantiam Majoris et Minoris  
Extremi, ex quibus conclusio constat,  
nec proinde Medium in ea reperiri potest.

4<sup>o</sup> Ut Medium saltem semel  
universaliter seu distributive sum-  
tur; hoc est, secundum totam suam  
extensionem, et quatenus omnibus  
his inferioribus simul in plurali nu-  
mero, et singulis seorsim ac distribu-  
tive spectatis in singulari numero  
convenit. Si enim bis particulariter  
sumeretur, conjungere non posset duo  
Extrema: nam non unus foret idem-  
que terminus, sed alius et alius: v.g.  
vitiosus est hic Syllogismus.

Quidam homo est sanctus;

Quidam homo est fur;

Ergo quidam fur est sanctus.

Siquidem Medium terminus in Ma-  
jore et Minore particulariter sumitur:  
nec proinde pro uno eodemque homine,  
sed pro diversis accipitur.

PB6

69

Figura autem Syllogismi <sup>169.</sup> <sub>188.</sub>

quadruplex numeratur. Vel enim Me-  
dius terminus Subjicitur in Majore,  
et praedicatur seu attribuitur in Minore;  
et haec est Prima figura: vel pra-  
dicatur in Majore et Minore; et est  
Secunda figura: vel Subjicitur in utra-  
que; et est tertia figura: vel Denique  
praedicatur in Majore, et Subjicitur  
in Minore; et est quarta figura,  
juncta hunc versiculum:

Sub, pra: tum pra, pra: tum sub, sub: Deni-  
que pra, sub.

Observandum porro quartam fi-  
guram, quae vulgo Galenica nume-  
ratur, quod praesertim à Galenò propu-  
gnata perhibeatur, esse minus natura-  
lem: unde à vulgaribus rejicitur à  
figurarum numero; verum, prout alius  
videtur non satis aptè.

Ajunt quidem 1.<sup>o</sup> ipsam minimè  
differre à primà, propterea quod ex  
inversione propositionum prima fi-  
gura duntaxat fiat: Sed responderi  
potest, id ipsi cum secundà et tertià  
figurà esse commune, quae eodem, ac  
ipsa, modo à primà derivantur; cum  
ad eam per transpositionem aut con-  
versionem propositionum revocari  
possint; et tamen ab illà distinguun-  
tur.

Ajunt 2.<sup>o</sup> Medium non posse  
praedicari de Majori Extremò in Majo-  
re propositione, et Subjici in Minore;  
quia quod praedicatur est generalius,  
et quod subjicitur est angustius; un-

170. De fieret, ut Medium esset generalius Majore Extremō, et angustius Minore Extremō, quod absurdum est. Sed responderi potest, attributum non semper esse Subjecto universalius, sed quandoque ipsi aequale; ut cum dicitur, Homo est quid compositum ex mente et corpore. Deinde cum Subjectum propositionis ratione sui universalius est, quam praedicatum, tunc restringitur particulari quidam, aliquis, p. alioquin Medium nunquam predicari posset de Majore Extremō in Secundā figurā; nec Subjecti Minori Extremō in Tertiā, quoniam ratione sui latius pateret Minore Extremō, et angustius foret Majore Extremō: et tamen Secundā ac tertiā figurā discerni debentur à primā. Nihil ergo obest, quominus haec quarta figura ab aliis distincta statuatur, quamvis minus naturalis sit.

169. Modus est apta praemissarum Secundum quantitatem et qualitatem ad concludendum dispositio; quae requirit 1.º Ut praemissarum alterutra in omni figurā sit universalis, aut certe singularis; nam ex duabus propositionibus particularibus nihil concluditur, quia in iis Medius terminus pro diversis sumitur, prout in quartā fundamentali terminorum regulā adnotavimus.

2.º Ut Alterutra ex praemissis sit affirmans; quia ex duabus negativibus nihil concluditur. In praemissis quippe negativibus Extrema separan-

tur à Medio : quòd autem Duo à tertio<sup>271.</sup>  
sejuncta sint, non sequitur ea inter se  
vel conjuncta esse vel sejuncta : quem  
admodum ex eo, quòd Duo non sint  
tertio equalia, concludi minimè po-  
test, ea esse inter se equalia, vel in-  
equalia. Unde fit, ut ex duabus ne-  
gantibus nec affirmans, nec negans  
deduci possit conclusio.

3<sup>o</sup> Ut  
Conclusio sequatur debiliorem par-  
tem: id est, ut, si alterutra ex præ-  
missis fuerit negans, etiam conclu-  
sio negans sit; et si alterutra ex præ-  
missis fuerit particularis, etiam con-  
clusio sit particularis. Nam Extre-  
ma nec generalius nec artius conjun-  
gi debent in conclusione, quam in præ-  
missis cum Medio fuerint connexa.

4<sup>o</sup> Ut ex duabus præmissis affir-  
mantibus conclusio nunquam sequa-  
tur negans: quæ regula per se notissi-  
ma est.

Igitur octo sunt fundamenta-  
les Syllogismorum simplicium regu-  
læ: harum duo spectant Extrema:  
duo Medium: Præmissas duo: Con-  
clusionem itidem duo: sequentibus  
verniculis comprehensa:

Terminus est triplex: Major, Mediusque, Minorque:

Latius hunc, quam Præmissa Conclusio non vult.

Nequaquam Medium capiat Conclusio oportet:

Aut semel aut iterum Medium generaliter esto.

Nil sequitur geminis ex particularibus unquam.

Utraque si Præmissa neget, nihil inde sequetur.

Ambæ affirmantes nequeunt generare negantem.

Est parti similis Conclusio deteriori.

2  
70

Modi quatuor figurarum directi et simplices sunt tantum novemdecim, qui totidem artificiosis vocabulis expressi quatuor hinc versiculis continentur.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio. Bamalip-ton,  
Camentes, Dimatis, Sesapno, Gresisomorum.  
Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti,  
Felapton, Disamis, Datisi, Boardo, Ferison.

Quatuor primi Modi ad primam figuram pertinent; quinque sequentes ad quartam; quatuor deinceps ad secundam; sex denique postremi ad tertiam.

Quarta proin figura in his versibus secundum locum dedimus; tum quia prima figura directe opponitur; tum quia congruum erat, ut illius Modi, quos Logici possum indirectos prima figura Modos vocant, Statutum jam diu inter Modos Sylogisticos servarent ordinem; nec ullam paterentur in metro, sed aliquam tantum in litteris mutationem, qua possent per regulas in Scholis tradi solitas ad Modos perfectos reduci.

Hujusmodi vero artificiosa voces duplicem praecipue usum habent: 1<sup>o</sup> Unumquodque vocabulum tribus constat Syllabis, quarum prima designat Majorem, Secunda Minorem, et tertia Conclusionem. Si plures sint quam tres Syllaba, ea metri causa addita sunt, ut in Bamalip-ton, et Gresisomorum. 2<sup>o</sup> Vocales A, E, I, O. quae in istis Syllabis occurrunt,

quantitatem et qualitatem proposi-<sup>173.</sup>  
tionum denotant, scilicet A, univer-  
salem affirmantem; E, universalem  
negantem; I, particularem affirman-  
tem; O, particularem negantem, pro-  
ut alibi jam indicavimus.

Ex combinationum doctrinā  
quatuor Termini, quales sunt A, E,  
I, O, si eorum tres simul sumantur,  
non pluribus, quam sexaginta qua-  
tuor hinc modis possunt disponi:

iō.	iō.	iō.	iō.
AAA	-EAA	-IAA	-OAA
AAE	EAE	IAE	-OAE
AAI	-EAI	IAI	-OAI
AAO	EAO	IAO	OAO
-AEA	**EEA	-IEA	**OEA
AEE	**EEE	-IEE	**OEE
-AEI	**EEI	-IEI	**OEI
*AEO	**EEO	IEO	**OEO
-AIA	-EIA	**IIA	**OIA
AEI	-EIE	**IIE	**OIE
AEI	-EII	**III	**OII
AEI	EIO	**III	**OIO
-AOA	**EOA	**IOA	**OOA
-AOE	**EOE	**IOE	**OOE
-AOI	**EOI	**IOI	**OOI
AOO	**EOO	**IOO	**OOO

71  
3

Jam verò ex isto numero per  
regulas generales, quæ docent, nihil  
concludi ex duabus negantibus, aut  
ex duabus particularibus excluduntur  
viginti octo notati hoc modo \*\*.

Deinde per regulam, quæ docet  
conclusionem sequi debiliorem partem,  
excluduntur octodecim signati hæc  
notati - .

Tum per regulam, quae docet, ex duabus affirmantibus conclusionem negantem deduci non posse sex enuntiantur hoc signo affecti 9.

Præterea per regulam, quæ dicitur non posse terminus generalis sumi in conclusione, quam in præmissis modus I E O, ita signatus †, expungendus est; quia Majus Extremum in conclusione O sumitur universaliter, in Majore vero particulariter tantum; ut alibi, ubi de propositionum conversione egimus, à nobis ostensum est.

Denique quia concludi non potest O, post A, E, quin etiam concludatur E, Modus A, E, O, notatus hoc signo \*, est removendus.

Atque ita ex sexaginta quatuor modis, quibus disponi possunt quatuor termini, A, E, I, O, dum terni sumuntur; removeri debent quinquaginta quatuor, et proinde residui sunt tantum decem, quorum quatuor sunt affirmantes, id est conclusionem habent affirmantem; et sex negantes, in quibus nempe negans est conclusio. Sed ii propter diversam Medii dispositionem singulis figuris propriam novemdecies concludere possunt. Etenim quatuor Modi affirmantes septies in quatuor figuris occurrunt.

AAA, Barbara  
 AII, Darii, Datisi  
 AAI, Barapti, Bamalip.  
 IAI, Disamis, Dimatis.

Sex negantes duodecies in iisdem  
 quatuor figuris variantur.

EAE, Clarent, Cesare.  
 AEE, Camestres, Camentes.  
 EAO, Felapton, Fesapno.  
 AOO, Baroco.  
 OAO, Bocardo.  
 EEO, Ferio, Festino, Ferison, Fviesom.

4  
 ---  
 72

§. 3<sup>us</sup> Tius

De Singulis Syllogismorum  
 simplicium figuris.

Jam explicanda sunt seorsim  
 singula Syllogismorum simplicium  
 figurae, et subiicienda singulorum  
 Modorum exempla.

De Primâ Figurâ.

Prima figura, ut jam diximus,  
 est ea, in qua Medium in Majore subji-  
 citur, et in Minore predicatur.

Hujus figurae duo sunt regulae:

1<sup>ma</sup> est, ut Minor propositio sit affir-  
mans: Si enim est negans, Conclusio quo-  
 que negans esse deberet, cum per re-  
 gulam tertiam Modorum supra alla-  
 tam, sequi debeat partem deteriore[m];  
 et Major deberet esse affirmans, quo-  
 niam ex duabus negantibus nihil con-  
 cluditur per regulam secundam Modo-  
 rum: quare Conclusionis, utpotè ne-  
 gantis, attributum Sumeretur uni-

170. \* Omnes reliqui modi, praeter hos decem, satis inutilis esse videntur; vel enim omnino non concludunt, vel inverso terminorum ordine et violententer; unde eos propter hoc omitti debere censent aliqui; recensimus tamen, tum quia alii id communiter etiam fecerunt, tum ut illi, quibus hujusmodi ingeniosa ardent, haberent unde delectarentur atque memoriam exerce-  
 rent.

176. versaliter; cum tamen particulare foret in  
Majore, qua esset affirmans, quod est con-  
tra secundam regulam figurarum.

Secunda regula est, ut Major sit  
universalis: quia si foret particularis,  
Medium, quod est illius Subjectum, foret  
tantum particulare: cumque sit attri-  
butum Minoris, qua debet esse affirmans,  
in ea quoque particulare foret; adeoque  
bis particulariter haberetur, contra quar-  
tam regulam figurarum. Has duas  
regulas sequens versiculus exhibet:

Sit Minor affirmans, Major vero generalis.

Exinde colligitur, quatuor tantum  
esse modos prima figura. Nam cum Major  
sit universalis; vel est affirmans, ut in  
AAA, Barbara; et AII, Darii; vel negans,  
ut in EAE, Celarent; et EIO, Ferio. Item  
cum Minor sit affirmans, vel est univer-  
salis, ut in Barbara, et Celarent; vel par-  
ticularis, ut in Darii, et Ferio.

Bar... Omne animal est mortale:

Ba... Omnis Leo est animal:

Ra... Ergo omnis Leo est mortalis.

Ca... Nulum creatum est infinitum:

Ca... Omnis Angelus est creatus:

Rent... Ergo nullus Angelus est infinitus.

Da... Omnis indigens est miser:

Ri... Sed quidam dives est indigens:

I... Ergo quidam dives est miser.

He... Nulum turpe est expetendum

Ri... Aliquod luxum est turpe.

O... Ergo aliquod luxum non est expetendum.

Hae figurae duplici nititur prin-  
cipio, scilicet Trii de omni, et Trii de nullo.

Primum ex istis principiis ad Modos 177.  
affirmantes pertinet, et hoc modo effertur:  
Quidquid dicitur de aliquo Subiecto Secun-  
dum totam suam extensionem spectato,  
dicitur de omni eo, quod sub illo subiecto  
continetur: vel brevius, Quidquid di-  
citur de superiori, dicitur de inferiori: Si  
Major Extremum dicitur de Medio, dicitur  
quoque debet de Minori Extremo, quod  
sub Medio continetur: Si Animal dica-  
tur de Homine, dicitur quoque de Aris-  
totele, qui sub Homine continetur.

Secundum spectat Modos negan-  
tes; nempe, quod repugnat superiori, re-  
pugnat etiam inferiori: v.g. Si repugnat  
Animali non posse progredi, repugnat  
et Homini, qui sub Animali continetur.

De Secunda Figura.

171.

Secunda Figura, ut superius dictum  
est, ea, in qua Medium terminus bis predi-  
catur.

Dua sunt pariter illius regulae:  
Prima est, ut una ex Praemissis sit ne-  
gans: quia cum Medium in utraque  
sit attributum, si ambae forent affir-  
mantes, bis particulariter sumeretur,  
contra quartam regulam Figurarum.

Secunda, ut Major sit universalis:  
nam si particularis foret, Major Extre-  
mum, quod est illius Subiectum, parti-  
culariter tantum in ea auiperetur;  
cum tamen universaliter sumatur in  
conclusionone negante, cuius est attribu-  
tum, quod absurdum foret, et contra  
secundam regulam figurarum. Itaque  
ex Praemissis in hac figura

178. Una negans esto, nec Major sit Specialis.

Hinc colligere licet, quatuor tantum esse Modos secundae Figurae. Nam cum alterutra praemissarum debeat esse negans, et Major universalis: Si Major sit affirmans, Minor erit negans, eaque vel universalis, ut in AEE, Camestres; vel particularis, ut in AOO, Baroco: Si Major fuerit negans, Minor erit affirmans, sive si sit universalis, ut in EAE, Cesare; sive particularis, ut in EFO, Festino. Atque ita etiam sunt tantum quatuor Modi secundae Figurae.

Ces... Nulla virtus est prolepsis:

A... Omnis temeritas est prolepsis:

Re... Ergo nulla temeritas est virtus.

Cam... Omne bonum est munus Dei:

Es... Nudum litigium est munus Dei:

Fes... Ergo nudum litigium est bonum.

Fi... Nullum peccatum est licitum:

Ti... Sed aliqua oblectatio est licita:

No... Ergo aliqua oblectatio non est peccatum.

Bar... Omnis virtus est prudens:

O... Sed aliquis zelus non est prudens:

Co... Ergo aliquis zelus non est virtus.

Unico fere principio fulitur haec figura; scilicet, Duo non sunt quid idem, cum aliquid uni convenit, quod alteri repugnat.

172. De tertia Figura.

Tertia figura est ea, in qua Medium terminus bis subjicitur.

Duae sunt etiam illius regulae: Prima est, ut Minor sit affirmans, non sicut in prima Figura propter eandem rationem. Secunda, ut Conclusio sit

particularis: quia cum Minor sit affirmans, 79.  
Minus Extremum, quod est illius attribu-  
tum, sumitur in ipsa particulariter, adeo-  
que ut in Conclusionem, cuius est Subjec-  
tum, etiam particulariter sumatur, de-  
bet Conclusio esse particularis. Unde ver-  
similiter

Sit Minor affirmans Conclusio particularis.

Illius sex sunt Modi. Nam ex da-  
cem Modis ad concludendum aptis AEE,  
et AOO, per primam regulam ab ipsa ex-  
cluduntur: AAA, et EAE, per secundam.  
Ergo supersunt sex sequentes, AAJ, EAO,  
JAJ, AJJ, OAO, EJO, Darapti, Felap-  
ton, Disamis, Datisi, Bocardo, Feri-  
ton.

Dar.. Omne mysterium est obscurum:

Ap... Omne mysterium est certum:

Ji... Ergo aliquod certum est obscurum.

Fel.. Nudum violentum est durabile:

Ap... Omne violentum est prater naturam:

Jon... Ergo aliquod prater naturam non est du-  
rabile.

Dis... Aliquis dives est improbus:

A... Sed omnis dives est honoratus:

Mis... Ergo aliquis honoratus est improbus.

Dat.. Omnis Dei Servus est Rex:

Js... Sed aliquis Dei Servus est pauper:

J... Ergo aliquis pauper est Rex.

Boc.. Quaedam ira non est peccatum:

Ar... Omnis ira est affectus animi:

Do... Ergo aliquis affectus animi non est pecca-  
tum.

Fer.. Nudum honestum est negligendum:

Js... Aliquod honestum est arduum:

On... Ergo aliquod arduum non est negli-  
gendum.

6  
74

Duo sunt principia, quibus tertia Si-  
gura Modi nituntur. primum pertinet  
ad Modos affirmantes; scilicet, Si duo attri-  
buta eidem Subjecto conveniant, inter se  
quoque aliquando conveniunt: V.g. Si omne  
mysterium est obscurum et certum, tunc  
aliquid certum est aliquando obscurum.

Secundum principium ad Modos negan-  
tes refertur; nimirum, Si ex duobus attri-  
butis unum alicui Subjecto conveniat,  
cui non convenit alterum, ista attributa  
aliquando inter se non conveniunt. V.g.  
Si nihil violento conveniat esse durabi-  
le, et omni violento conveniat esse præ-  
ter naturam; fieri potest, ut aliquid,  
quod est præter naturam, non sit dura-  
bile.

#### De quartâ Figura.

Quarta Figura illa est, in quâ Me-  
dium Terminus predicatur in Majore  
et Subiicitur in Minore. Ad id absona  
est, ut vix opera pretium sit, illius re-  
gulas prescribere; ne tamen Logica  
nostra quidquam deesse videatur eorum,  
quibus omnes simplices ratiocinandi  
modos demonstrari fas sit; en illa:

Igitur tres sunt illius regulae.

1<sup>a</sup> Si Major sit affirmans, Minor est Uni-  
versalis. Nam Medium in hac Figura  
Sumitur particulariter in Majore affir-  
mante, cum sit illius attributum. Ergo  
per quartam regulam Figurarum Sumi  
debet universaliter in Minore, et eam  
reddere universalem, cum sit illius Sub-  
jectum.

2<sup>a</sup> Cum Minor est affir-  
mans, Conclusio debet esse particularis.  
Nam Minus Extremum, quod est Attribu-

tum Minoris, Sumitur in eâ particulari 181.  
ter. Ergo Sumi etiam debet particulariter  
in Conclusionem, cuius est Subiectum; et  
consequenter eam reddit particularem.

3<sup>ta</sup> Cum Modus est negans, Major  
debet esse generalis. Quia Major Terminus  
sumitur universaliter in Conclusionem negante,  
cuius est attributum. Ergo  
ut etiam sumatur universaliter in Ma-  
jore, cuius est Subiectum, oportet, prout  
in secundâ figurâ superius memoratâ.  
Haec regula sequentibus hinc versiculis ex-  
primuntur.

Major ubi affirmat, generalem sume Minorem.

Si Minor affirmet, Conclusio sit specialis.

Cumque negans Modus est, Major generalis habetur.

Quare ex Decem Modis utilibus, in hac  
figurâ AII, et AOO, excluduntur per primam  
regulam: AAk, et EAE, per secundam: OAO,  
per tertiam: Unde supersunt quinque Mo-  
di AAI, AEE, IAI, EAO, EIO. Bamalip,  
Camentes, Dimatis, Fesapno, Fresiso.

Bam... Omnis Angelus est Spiritus:

A.... Omnis Spiritus est Substantia:

Lip.... Ergo aliqua Substantia est Angelus.

Cam.... Omnis Superbia est peccatum:

En.... Nullum peccatum est opus Dei:

Tes.... Ergo nullum opus Dei est Superbia.

Dim.... Quidam ignavus est verax:

A.... Sed omnis verax est audiendus:

Tis.... Ergo aliquis audiendus est ignavus.

Fes.... Nulla materia est cogitans.

Ap.... Sed omne cogitans est beatitudinis capax:

No.... Ergo quoddam beatitudinis capax non  
est materia.

Fres.... Nullus ignavus est aptus bello:

g.... Sed aliquis aptus bello est nobilis:

So.... Ergo aliquis nobilis non est ignavus.

7  
74  
\* Quarta eorum Philosophorum,  
qui bruta cogitare  
tuentur, falsa est  
haec minor proposi-  
tio.

182.  
174.

De Modis indirectis.

In horum quinque quarta figura Modorum locum solent vulgares & scholastici substituere quinque Modos indirectos prima figura, id est, eos Modos, quorum indirecta est conclusio, illorumque his vocabulis exprimunt.

..... Baralipon,  
Celantes, Dabitis, Saperno, Frisesomorum.

Verum sicuti in prima figura oriuntur Modi indirecti ex conversione Conclusionis Modorum directorum, ita etiam in aliis figuris id ipsum contingere potest.

Si enim Syllogismus iste in Barbara

Bar... Omne animal est vivens:

Ba... Omnis homo est animal:

Ra... Ergo omnis homo est vivens.

Si, inquam, Syllogismus iste converti possit in Baralip, per solam Conversionem Conclusionis hoc modo:

Ergo aliquod vivens est homo.

Consimili proinde ratione Syllogismus in Cesare in secunda figura v. g.

Ces... Nulum infinitum augeri potest:

A... Omnis numerus augeri potest:

Re... Ergo nulus numerus est infinitus.

Converti potest in Modum indirectum Cesaro,

Ergo aliquod infinitum non est numerus.

Idem accidit in Modis tertia et quarta figura, ut experiri vixilibet facillimum est: adeo ut rationi non satis obtemperare videantur ii, qui neglectis aliarum figurarum Modis indirectis, quinque duntaxat, qui occurrunt in prima figura recensent, eorumque gratia, quinque Modos directos quarta figura expungunt.

Mayer

§. Quartus.

183.  
175.

De Syllogismo Coniunctivo,  
et eius Speciebus, p.

Syllogismum Divisimus in Sim-  
plicem et Coniunctivum seu Coniunctum.

Simplicem vocavimus illum, in quo Me-  
dium cum utroque Questionis, seu Con-  
clusionis termino seorsim in Praemissis  
conjungitur: qualis est iste:

Omne cogitans est spiritale

Omnis Mens est cogitans:

Ergo omnis mens est spiritalis.

Ad Syllogismum Simplicem auc-  
dit seu reduitur Syllogismus comple-  
xus, cuius nempe complexa est Conclu-  
sio. In huiusmodi autem Syllogismo  
pars tantum aliqua Subjecti vel attri-  
buti Conclusionis conjungitur cum Me-  
dio in una ex Praemissis; altera vero  
pars cum eodem Medio in altera Prae-  
missa consociatur, v. g.

Pecunia est res inanimata:

Sed plerique homines serviunt pecunia:

Ergo plerique homines serviunt rei inani-  
matae.

Ubi patet, Attributum Conclusio-  
nis Serviunt rei inanimatae, ita Dividi  
in Praemissis, ut una illius pars, scilicet  
res inanimata posita sit in Majore, al-  
tera vero nempe serviunt, in Minore  
reperiatur.

Non est proinde, quod  
quidpiam aliud de Syllogismo complexo  
ulterius adnotemus, ut qui, quemadmo-  
dum diximus, ad Simplicem reduca-  
tur. Solummodo igitur de Coniuncti-  
vo huic nobis erit sermo.

184.  
176.

Sylogismus Conjunctivus itaque est ille, cujus Major propositio est conjunctiva, seu composita, et integram conclusionem complectitur: isque est vel Conditionalis, vel Copulativus, vel Disjunctivus.

177.

Sylogismus Conditionalis ille dicitur, cujus Major propositio est conditionalis, id est, duas habet partes per particulam conditionalem Si connectas, atque in se totam conclusionem continet, v.g. Si avarus multa cupit, multorum est indigens:  
Atqui avarus multa cupit:  
Ergo multorum est indigens.

In hoc Sylogismo tota Conclusio continetur in Majore, quae duas habet partes, antecedentem scilicet, Si avarus multa cupit, et consequentem, nempe, multorum est indigens.

Duplex est hujusmodi Sylogismorum figura. Prima cum Antecedens Majoris propositionis affirmatur in Minore, ut ejusdem Consequens affirmetur in Conclusionem secundum hanc regulam, Positio antecedente, positus et Consequens: vel, Verum prius, ergo et posterius. Idque in modo allato exemplo cernitur.

Secunda, cum tollitur Consequens, ut tollatur Antecedens, secundum alteram regulam, Sublatio Consequente, tollitur Antecedens: vel, falsum Consequens: ergo et Antecedens. v.g. Siquis contra Eulexiam salvandus sit, fallit nos. Eulexia:

Sed Eulexia nos non fallit:

185.

Ergo nullus extra Ecclesiam est salvandus.

Tota vis hujusmodi Sylogismorum in justa conexione partium Majoris propositionis consistit, et in legitima unius ex alio collectione.

Duobus vero modis vitiosus esse potest hic Sylogismus. 1.º cum ex Consequente inferatur Antecedens. v.g.

Si divites nihil cupiunt, sunt felices:

Atqui divites sunt felices:

Ergo nihil cupiunt.

2.º Cum ex negatione Antecedentis, inferatur negatio consequentis, v.g.

Si Titius est fur, est improbus:

Atqui non est fur:

Ergo non est improbus.

Hic Conclusio non est recte deducta, quia etiamsi Titius non sit fur, potest adhuc esse improbus: Siquidem Major propositio non est exclusiva, nec in eâ dicitur Titius tunc duntaxat fore improbus, si fur extiterit.

Sylogismus Copulativus est ille, 178.

cujus Major propositio est copulativa negans, idiusque pars in Minore assumitur, ut altera in Conclusionem tollatur. v.g.

Non potest homo Deo Servire et mammona:

Sed Avarus Servit Mammona:

Ergo non potest Servire Deo.

Sylogismus Disjunctivus dicitur, 179.

cujus Major propositio est Disjunctiva. v.g.

Faberis aut fallor:

Non labor:

Faberis ergo.

186.

Syllogismus iste vitiosus est, quando  
divisio non est accurata, et membra pro-  
positionis disjunctivae medium aliquod patium-  
tur. v. g.

Vel est obediendum Regibus contra Legem Dei,  
vel in eos rebelandum:

Atqui non est in eos rebelandum:

Ergo eis contra Dei legem est obtemperandum.

Aut aliter assumendo:

Atqui non est eis contra Legem Dei obtemperan-  
dum:

Ergo contra eos est rebelandum.

Vitiosus, inquam, est iste Syllogis-  
mus, quia nec rebelandum est in Reges,  
nec eis contra Dei legem obtemperandum;  
sed omnia patienter ferenda potius, quam  
vel in Deum, vel in Reges peccetur.

Isti omnes Syllogismi, quemadmo-  
dum Simpliciter, celebri divisione distri-  
bui solent in Demonstrativos, Topicos,  
et Sophisticos: quamquam haec divisio  
Argumentationem generatim potius  
quam Syllogismum speciatim respiciat.

180.

Syllogismus Demonstrativus est  
ille, qui constat ex Praemissis necessario  
veris, hoc est, vel per se evidentibus, vel  
per alias propositiones jam probatis, ex  
quibus necessario vera deducitur Conclusio.

181.

Syllogismus Topicus, sive Dialec-

\* Dialecticus vix  
graeca à Dialecti-  
ca, quae latine  
reddita significat  
Artem Disputandi.

ticus\*, est Syllogismus constans ex probabi-  
libus propositionibus et opinionem tan-  
tum pariens. Topicus vocatur, id est, loca-  
lis, quia ex locis Dialecticus limitatur de-  
quibus agemus §. 6.

181.

Syllogismus Sophisticus est Syllo-  
gismus constans ex falsis propositionibus,

Prima Cc

77

sed apparenter veris, et errorem pariens: <sup>187.</sup>  
qui demonstrationem mentiatur, Ba-  
ralogismus nominari solet: quamquam  
omnis falsa ratioinatio, quaecumque sit,  
sive Sylogismus, sive Sorites, p. h. De-  
monstrationis specie quempiam deludat,  
Buralogismus appelletur.

S. Quintus.

De Reductione Sylogismorum  
imperfectorum ad perfectos. <sup>182. 3</sup>

Regula, quae vulgò traduntur in  
Scholis de reductione Sylogismorum imper-  
fectorum ad perfectos, solum simplicibus Syl-  
logismis applicari solent, non aliis. Unde  
vel prius efficiendum, ut complexi et com-  
positi Sylogismi in simplices transfor-  
mentur; vel alia ratione ac methodo eos  
expendere necesse est.

Ex quatuor autem Sylogismorum  
simplicium figuris, sola prima, si stric-  
tè loquamur, naturalem terminorum ser-  
vat ordinem; reliqua nonnihil ab eo de-  
flectunt: ideoque si earum modi mi-  
nus evidenter concludere aliquando vi-  
deantur, eos Logici ad primam figuram Mo-  
dos suarum regularum ope reducunt,  
ut judicare possint, an bene vel male  
concludant.

Quocirca hujusmodi Reductio defi-  
niri potest, Sylogismi minus perfecti  
in perfectiorem evidentiae causam trans-  
formatio. Eaque dupliis generis est,  
scilicet Directa, quam etiam Ostensi-  
vam vocant; et Indirecta, quae dicitur  
Reductio ad incommodum, seu ad impos-  
sibile.

Reductio directa sive Ostensiva est ea, quâ Syllogismus imperfectus ad perfectum revocatur per transpositionem aut conversionem alicujus vel aliquarum ex ipsius propositionibus. Quâ in re advertendum est 1<sup>o</sup> Modos, qui incipiunt à litterâ B, ut Bamalipon, revocari debere ad Barbara: Qui incipiunt à litterâ C, ut Cesare, ad Celarent: Qui à litterâ D ut Darapti ad Darii. Denique qui ab F, ut Festino ad Ferio, reduci oportere.

Secundò, observanda sunt quatuor litteræ S, B, M, C, quotiescumque occurrunt in fine Syllabarum cujuscunque artificiosi vocabuli: nam S significat propositionem simpliciter esse convertendam; B, per accidens; M, eam mutantem, seu transponendam; Denique C denotat Modum, in quo est, carere Reductione directa, sed tantum ad impossibile esse reducendam; ut sunt Baroco, et Bocardo: idque sequenti Distichò exprimitur.

S, vult simpliciter verti; B, verò per accid.  
M, vult transponi; C, per impossibile duci.

Proponatur igitur Syllogismus in

Cesare.

Ces.. Nulum extensum est Spiritus:

Sa.. Omnis Angelus est Spiritus:

Re.. Ergò nullus Angelus est extensus.

1<sup>o</sup> Modus iste incipit à litterâ C; quare ad Celarent est revocandus. 2<sup>o</sup>

In fine prima Syllaba Ces, occurrit littera S, quæ ostendit Majorem esse simpliciter

iter convertendam, ut Sylogismus,  
qui est in Cesare fiat in Clarent hoc modo:

C... Nudus Spiritus est extensus;

La... Omnis Angelus est Spiritus;

Reut. Ergo nudus Angelus est extensus.

Similiter Sylogismus in Festino,

ut

Fe... Nudum peccatum est licitum;

Fi... Aliqua oblectatio est licita;

No... Ergo aliqua oblectatio non est peccatum.

Revocabitur ad Ferio conversâ

Simpliciter Major propositione, quoniam occurrit S in fine primo Syllaba vocabuli Festino.

Fe... Nudum licitum est peccatum;

Fi... Aliqua oblectatio est licita;

O... Ergo aliqua oblectatio non est peccatum.

Sit tertius Sylogismus in Darapti;

is revocandus erit ad Darii, convertendo per accidens Minorem illius propositionem, quia littera B occurrit in fine secunda Syllaba vocabuli Darapti.

Dar... Omnis Angelus est Spiritus;

Ap... Omnis Angelus est creatura;

Fi... Ergo aliqua creatura est Spiritus.

Da... Omnis Angelus est Spiritus;

Ri... Aliqua creatura est Angelus;

F... Ergo aliqua creatura est Spiritus.

Denique sit Sylogismus in Bamalip; reducetur ad Barbara: Sed Major illius propositio in locum Minoris erit transponenda, propter consonantem M, quae occurrit in fine primo Syllaba Bam; et Conclusio per accidens erit convertenda propter litteram B, quae occurrit in fine ultima Syllaba Lip.

190. Bam... Omnis virtus est bona qualitas:  
A..... Omnis bona qualitas est optanda:  
lip..... Ergo aliquod optandum est virtus.  
Bar.... Omnis bona qualitas est optanda:  
Ba..... Omnis virtus est bona qualitas:  
Ra..... Ergo Omnis virtus est optanda.

Simili ratione reduci possunt ceteri Modi imperfecti ad perfectos, exceptis tantum duobus, scilicet Baroco et Bocardo, qui ad inconmodum duntaxat, seu impossibile reduuntur.

1<sup>o</sup> enim Baroco directe reduci non potest ad primam figuram: Si enim Majorem illius convertas per accidens, ut tantum converti potest, utraque illius Premissa erit particularis, contra regulam quintam generalem Sylogismorum: Si vero eam transposueris, tum Major erit particularis, contra secundam regulam primae figurae.

2<sup>o</sup> Bocardo quoque directe reduci non potest ad primam figuram: enimvero vel ipsius Minor convertetur per accidens, ut solummodo converti potest, et tunc duo illius Premissa erunt particulares, contra quintam regulam generalem: vel si transpositione utaris, Minor erit negans, contra primam regulam primae figurae.

Superest ergo, ut ambo isti modi ad impossibile reducantur, id est, ut adversarius vel legitimam esse fateatur eorum conclusionem admittis Premissis, vel concedat, aliquid simul esse et non esse contra principium illud omnibus no-

tum, impossibile est idem simul esse et 191.  
non esse.

Ut autem ea Reductio peragatur,  
cuiusmodi est propositio contradicens  
Conclusioni, quam Adversarius, admittis  
Præmissis, negavit: hanc contradicentem  
propositionem concedere tenebitur Ad-  
versarius, alioqui duo contraria simul  
falsa esse fateri cogeretur, quod absur-  
dum est. Deinde ista propositio con-  
tradicens debet fieri Minor Servatâ eâ-  
dem Majore in Baroco; Sed debet fieri  
Major in Bocardo servatâ eâdem Mi-  
nore, ut conficiatur Sylogismus in  
Barbara juxta hos versus:

Servat Majorem, mutatque Baroco Minorem;  
Majorem mutat, retinetque Bocardo Minorem.

Id exemplis est illustrandum.

Bar... Omnis virtus est prudens:  
Oc... Aliquis zelus non est prudens:  
O... Ergo aliquis zelus non est virtus.

Si quis, admittis Præmissis, Conclu-  
sionem neget, sumenda est hujus Con-  
clusionis contradictoria, nempe Omnis  
zelus est virtus, quæ fiet Minor Sylo-  
gismi in Barbara, retentâ eâdem  
Majore Superioris Sylogismi in Baro-  
co, sic:

Bar... Omnis virtus est prudens:  
Ba... Omnis zelus est virtus:  
Ba... Ergo omnis zelus est prudens.

Hanc posteriorem Conclusionem  
negare non potest Adversarius, Præmissis  
semel admittis: et tamen in priori Syl-  
logismo concesserat, aliquem zelum  
non esse prudentem: quare vel duo  
contradictoria tenetur admittere con-  
trâ principium illud, Impossibile est

192. vel negata Conclusioni acquiescere.

Sit jam Syllogismus in Bocardo.

Boc... Quaedam ira non est peccatum:

Pr... Omnis ira est affectus animi:

Do... Ergo aliquis affectus animi non est peccatum.

Si quis, admissis Premissis, neget Conclusionem, sumenda erit contradictoria hujus Conclusionis, nempe, Omnis affectus animi est peccatum, eaque fieri debet Major, retenta eadem Minore: tumque deducetur Conclusio in Modo Barbara, que contradicit Majori concessa, hoc modo:

Bar... Omnis affectus animi est peccatum:

Ba... Omnis ira est affectus animi:

Ra... Ergo omnis ira est peccatum.

Non soli porro Modi Baroco, et Bocardo, sed reliqui etiam omnes Secunda, tertia, et quarta figura Modi ad primam figuram per impossibile reduci possunt: Verum ubi Directa adest reducendi ratio, ad Indirectam non est confugiendum, praesertim si multas ambages involvat, vixque ad usum reduci possit: quare nulla nos movet ratio, ut de hujusmodi Indirecta Reductione pluribus verbis agamus: imò utraque tam Directa, quam Indirecta Reductio in praxi est operosissima, solisque simplicibus Syllogismis, non complexis aut compositis, convenit, ut jam diximus.

183. 4 Itaque, ut facilius et tutius de quolibet Syllogismo, tam simplici quam composito, imò de quolibet Ra-

triorinationis specie iudicium ferre, et, 193.  
quid valeat, expendere possumus, iuvat hic  
statuere principium aliquod universale;  
cujus ope, sine ulla speciali ad Figuras,  
Modos, et Reductiones Syllogismorum  
attentione, facile dijudicare valeamus  
de quolibet Syllogismo, bene an male con-  
cludat. En ergo illud.

Omnis conclusio cuiuscumque Syllo-  
gismi debet secundum totam suam ex-  
tensionem contineri in una Premisa-  
rum, idque per alteram iudicari et  
probari.

Ad hoc principium omnes, quas  
hactenus late deduximus, Syllogismorum  
regulae profecto referuntur; ut pote  
quarum utilitas in eo duntaxat posita  
est, ut nempe ostendant, Conclusio-  
nem cuiuscumque Syllogismi in una  
Premissarum contineri, idque ab alte-  
ra iudicari et probari; adeoque illum  
tunc vitiosum esse, cum hoc non pres-  
tantur, ut e contra verum, cum hoc  
efficiuntur.

Enimvero, si serio has Syllogismo-  
rum regulas expendere velimus, profecto  
deprehendemus, idas omnes ad has duas  
principales, tanquam ad sua fundamen-  
ta, reduci: scilicet, ut nubes terminus  
generalis sumatur in Conclusionem,  
quam sumptus fuerit in Premissis.  
Item, ut Medius terminus saltem se-  
mel universaliter seu distributive sum-  
tur. At liquido constat, ambas has  
regulas in nostro generali principio uni-  
ce fundatas esse: cum enim, quantum

194. ad primam, generale principium nostrum  
statuat, Conclusionem contineri debere  
in Premissa, id falsum evaderet, si idem  
terminus in Premissa minorem haberet  
extensionem quam in Conclusionem; nam  
minus universale non continet univer-  
salius. e.g. Aliquis homo non continet  
omnem hominem.

Similiter altera regula, quae dicit,  
Medium terminum debere saltem semel  
sumi universaliter, à nostro generali  
principio, Premissa debent continere  
Conclusionem, pendet. Sit e.g. sequens  
Syllogismus:

Aliquis Sanctus est pauper:

Omnis Sanctus est Amicus Dei:

Ergo aliquis Amicus Dei est pauper.

Patet hanc Conclusionem, Aliquis ami-  
cus Dei est pauper, contineri in illa propo-  
sitione, Aliquis Sanctus est pauper, idque  
inducari et probari per alteram, quae dicitur,  
Omnis Sanctus est Amicus Dei. Quia Sanctus  
in hac propositione, quae est Minor in abato  
Syllogismo, cuius est Medium terminus; su-  
mitur universaliter atque secundum  
totam suam extensionem, in cuius prin-  
cipio ideam continetur Amicus Dei, ac recte  
dicitur, quod omnis Sanctus sit Amicus  
Dei. Ex quo etiam facile intelligitur, quod  
si illius Conclusio haec Aliquis Amicus Dei  
est pauper in Majori propositione hac  
Aliquis Sanctus est pauper continetur  
quavis in ea Medium terminus, nempe  
Sanctus particulariter sumatur, quia per  
dictam propositionem universalem, Omnis  
Sanctus est Amicus Dei in eo ideam Amici  
Dei comprehenditur.

Ad clariorem universalem hujus prim<sup>195</sup>.  
cipii intelligentiam, notandum; quod, cum  
aliqua propositio, cujus veritas nondum est  
evidens, probanda suscipitur, tota pro-  
bandi ratio in eo consistat, ut libet alia  
propositio magis nota inveniatur et profe-  
ratur, que idam, que probanda suscipi-  
tur, contineat, adeoque stabiliat et con-  
firmet. In hoc enim Ratiocinationis  
seu Argumentationis ratio potissimum  
consistit, ut sit manifestatio ignoti per  
notius. Talis autem magis nota propo-  
sitis nuncupatur continens, eo quod, pro-  
ut jam dictum, propositionem probandam  
contingere debeat; si enim eam non conti-  
neret, tunc neque per eam probari posset,  
prout evenit in Syllogismis vitiosis. At  
verò, quia idam in eadem propositis verbis  
continere non potest; sic enim identica  
et negatoria esset, nec proinde propo-  
sitionem probandam clariorem vel certio-  
rem, quam antea fuisset, reddere va-  
leret; hinc necesse est, ut testia alia  
propositio adjungatur, que ostendat,  
propositionem probandam re verà in  
idam, que continens dicitur, comprehendi;  
hecque testia propositio Applicata seu  
Judicativa nuncupatur; quia aliis dua-  
bus applicatur, atque indicat, quæstio-  
nem seu propositionem probandam re  
verà in Continente includi.

+ In Syllogismis affirmantibus perin-  
dè est, quanam Præmissarum Continens,  
quanam Applicata, seu Judicativa di-  
catur; cum utraque aliquo modo Conclu-  
sionem seu propositionem probandam  
contineat, mutroque ostendat, illam

196. in alterâ contineri: quamvis plerumque Major pro Continente, Minor vero pro Applicata seu Judicativa Sumatur. v.g. Dubito, an homo impius sit miser; sicque arguuntur:

Quicumque servit cupiditatibus, est miser;

Sed impius servit cupiditatibus;

Ergo impius est miser.

In hoc Syllogismo qualibet Præmissarum potest dici continere Conclusionem, idque altera ostendere et probare. Nam conclusio continetur in Majore, quia serviens cupiditatibus in se continet impium, id est, impius in illius extensione comprehenditur, estque unum ex ipsius inferioribus, prout à Minore ostenditur. Hæc conclusio etiamnum continetur in Minore, quia serviens cupiditatibus in sua idea comprehendit ideam Miseri, ut patet ex Majore.

Quod Syllogismos negantes spectat, Præmissa negans est semper propositio Continens, et affirmans est Applicata, seu Judicativa: quia, cum conclusio sit negans, æquius est, ut in Præmissa negante contineri dicatur, quam in affirmante: sive illa Major sit, sive Minor. Sic e.g. si probare velim, Nulum avarum esse beatum, hunc conficio Syllogismum:

Omnis beatus cupiditatibus caret;

Nulus avarus cupiditatibus caret;

Ergo nulus avarus est beatus.

Magis naturale videtur, si dicatur, quod Minor, que negativa est, Conclusionem contineat, idque per Majorem, que

affirmativa est, indicetur ac probetur: 197.  
nam haec Minor, Nudus avarus cupiditatibus  
careret, eo ipso quod negat, avarum aliquem  
cupiditatibus carere, simul negat, ipsum  
esse beatum: Major vero ostendit, bea-  
tum cupiditatibus quibuscumque omni-  
no carere.

In memoria sublevamen praes-  
tat quaedam adhuc hujus universalis prin-  
cipii seu regulae atterere exempla.

Exemplum; numm

Dubito, an hic Syllogismus concludat,  
Officium Christiani est, eos non laudare  
qui peccant:

Sed qui duello certant, peccant:  
Ergo officium Christiani est, eos non lau-  
dare, qui duello certant.

Operosum non est statim deprehen-  
dere, Conclusionem hujus Syllogismi in  
una Praemissarum contineri, atque in  
ab altera indicari et probari; Major enim  
nihil differt ab ipsa Conclusionem, nisi, quod  
Major habeat eos, qui peccant Conclusio  
autem eos, qui duello certant: Sed propo-  
sitis illa, quae habet eos, qui peccant,  
alteram in se continet, in qua dicitur,  
qui duello certant, dummodo peccare  
in se contineat duello certare. Ceterum  
ex sensu manifestum est, quod termi-  
nus iste, qui peccant sumatur univer-  
saliter, atque de omnibus iis intelligatur,  
qui quocumque modo peccant: Sicque  
Minor, qui duello certant peccant; cum  
ostendat, duello certare contineri sub ter-  
mino peccare, eadem ratione ostendit, quod  
prima propositio seu Major Conclusionem

198 in se contineat.

Exemplum 2<sup>um</sup>.

Christianismus non obligat famulos ad obediendum Dominis suis, in iis, quae sunt contra legem Divinam;

Sed Sollicitatio mulierum est contra legem Divinam;

Ergo Christianismus non obligat famulos ad obediendum Dominis in Sollicitatione mulierum.

Major in hoc Syllogismo continet Conclusionem, idque Minor ostendit, Sollicitationem mulierum adnumerans iis, quae sunt contra legem Divinam: imò Major quia est exclusiva, huic propositioni aequipollet: Lex Divina non obligat famulos ad obediendum Dominis in illis rebus, quae sunt contra legem Divinam.

Duo vitiosorum Syllogismorum exempla etiam adiungimus.

Exemplum 1<sup>um</sup>.

Lex Divina praecipit, ut Seculari Magistratui obediamus;

Atqui Episcopi non sunt Magistratus Seculares;

Ergo Lex Divina non praecipit, ut Episcopi obediamus.

Respicuum est, ex nostro principio, hunc Syllogismum male concludere: nam neutra Praemissarum conclusionem continet: Major eam non continet, quia ex eo quod Lex Divina aliquid jubeat, non sequitur, quod aliud quidpiam non etiam jubeat: Minor quidem ostendit Episcopos non comprehendi sub Magistratu Seculari, atque etiam praecipit honorandi Magistratum Secularem non comprehendere Episcopos. Sed Major non affirmat, Deum alia praecipita non dedisse praeter istud, quod tamen affir-

mare Deberet, ut Minor ostenderet in Ma<sup>199</sup>.  
jore contineri Conclusionem, prout in pri-  
ori Syllogismo demonstratum est.

Exemplum 2<sup>um</sup>

Qui dicit te esse animal, dicit verum:

Sed qui dicit te esse anserem, dicit te esse  
animal:

Ergo qui dicit te esse anserem, dicit verum.

Verba Praemissarum in hoc Syllogis-  
mo continet Conclusionem: non Major,  
si enim eam contineret, necesse foret ut  
in ea animal in se comprehenderet an-  
serem; sed, cum sumatur particulariter  
est enim predicatum hujus propositio-  
nis affirmativa invidentis, tu es animal,  
proinde anserem continere non potest,  
nisi secundum comprehensionem; hinc,  
ut quid probaret, animal Deberet sumi  
in Minore universaliter, ita ut anser  
diceretur de omni animali, quod tamen  
nec fit nec fieri potest, cum ibi animal  
etiam particulariter sumatur, ut potest  
quod, sicut et in Majore, est predicatum  
hujus propositionis invidentis affirmati-  
va, tu es animal.

§. 8<sup>us</sup>

184.

De inventione Medii seu de  
locis Dialecticis.

Quaestiones proponere cuilibet  
est facile, at propositas argumentis pro-  
bare saepe difficilius. Hinc Locos quos-  
dam communes excogitarunt Dialectici  
quos non solum Dialectici, sed etiam Arti-  
stae utilissimos judicarunt Rhetores.  
Hos Locos Argumentorum Sedes appellant  
quoniam ex iis Argumenta, sive, ut loquun-  
tur, Media Desumunt Dialectici, et Rhe-  
tores ad probandas Quaestiones suas.

200. Quaestio autem seu propositio vel est The-  
sis, seu Assertio, seu Sententia, quam quis  
demonstrare et defendere, dismissis adver-  
sariorum rationibus et argumentis, paratus  
est; vel est tantum Problema, id est, propo-  
sitio quaedam communis et obvia, in qua-  
cumque materia sive physica sive morali,  
de qua in utramque partem disputari potest.  
Circum huiusmodi quaestiones ea Logica pars,  
qua Dialectica vocatur, praesertim est occupata,  
et quae probabilibus tantum argumentis utitur.

Loci igitur Dialectici petuntur vel ex  
Grammatica, vel ex Logica, vel ex Metaphy-  
sica: unde alii sunt Grammatici, alii Logi-  
ci, et Metaphysici alii.

185. Loci Grammatici ab Etymologia  
et à Coniugatis praesertim derivantur.

Regula Loci ab Etymologia, id est, ab  
ipsius nominis appellatione, haec sunt: 1.<sup>a</sup>  
De quo affirmatur Etymologia nominis, de  
eo etiam affirmatur nomen, et vice versa.

2.<sup>a</sup> De quo negatur Etymologia, de eo etiam  
negatur nomen. v. g. Consul est: Ergo  
consulere debet Republica. Vel, Non consulit  
Republica: Ergo non est Consul.

Regula Loci à Coniugatis, id est, à  
vocibus significatione et litteris convenienti-  
bus, terminatione autem discrepantibus  
totidem sunt: 1.<sup>a</sup> Affirmatio uno Coniu-  
gatorum, affirmatur et alterum. v. g. Ius-  
tus est: Ergo iustitiam colit. 2.<sup>a</sup> Negatio  
uno Coniugatorum, negatur et alterum.  
v. g. Nihil Scribit: Ergo non est Scriptor.

186. Loci Logici petuntur ab Attributis  
universalibus, puta à Genere, Specie, p. à  
Definitione, Divisione, p. ac singuli suas  
peculiares habent regulas.

Regula Loci ab attributis ha sunt, ja 201.

Quod de genere universim affirmatur vel negatur, id etiam de speciebus affirmari aut negari potest: Sive, quidquid predicatur de superiori, predicatur etiam de inferiori.

Qua regula est fundamentum Syllogismorum affirmantium prima figura, prout diximus alibi.

2<sup>a</sup> Sublato genere, tollitur Species. v.g. Siquid non sit Spiritus, neque est Angelus.

3<sup>a</sup> Posita Specie, ponitur genus. ut Angelus est, ergo est Spiritus.

4<sup>a</sup> Sublatis omnibus speciebus, tollitur genus.

5<sup>a</sup> Quod de omnibus speciebus affirmatur vel negatur, id etiam de genere affirmandum vel negandum.

6<sup>a</sup> De quo affirmatur vel negatur differentia specifica et completa, de eo species affirmari vel negari potest: v.g. Siquid planum sit et rotundum, recte circulus dicitur.

7<sup>a</sup> De quo affirmatur vel negatur proprium, id est, attributum essentiale secundarium, de eo essentia affirmatur vel negatur: v.g. Bestia non est sermone capax. Ergo non est rationis particeps.

Suos quoque canones habet Locus à Definitione. 1<sup>us</sup> est, De quo affirmatur vel negatur definitio, de eo affirmatur vel negatur definitum. 2<sup>us</sup>

Quod affirmatur vel negatur de Definitione, id etiam de definito affirmatur aut negatur.

Denique Locus à Divisione his regitur legibus. 1<sup>a</sup> Cum integra et perfecta est Divisio, si nulla ipsius pars alium rei conveniat, ipsi totum divisum non

7  
83

202. conveniet: v.g. Si dicitur, ens omne vel Spiritus est, vel corpus: sed Spatium nec Spiritus est, nec corpus; recte colligetur, ergo Spatium non est ens. 2.<sup>a</sup> Cui convenit divisum, ei pars aliqua dividens convenire debet: v.g. Omnis Substantia vel Spiritus est, vel corpus. Atqui mens hominis est Substantia. Ergo vel Spiritus est, vel corpus: non autem est corpus: ergo est Spiritus.

187. Loci Metaphysici Sumuntur à communibus notionibus, à causis, ab effectis, ab antecedentibus, à consequentibus, à toto, à parte, ab oppositis et similibus, de quibus agemus in maiore parte Metaphysicis. Ex his petuntur argumenta non probabilia tantum, sed etiam demonstrativa, præsertim ea, quæ à causa effectrice sunt desumpta, nimirum ubi res physica in questionem deducta est: nam si materia sit moralis, præcipuus honor finis tribuendus est, cum finis in moralibus primò loco sit spectandus.

Circa Problema notandum, quod regulariter pars negans Problematis probari non debeat, sed pars affirmans; sive ut loquitur Iuris Consultus Paulus, lib. 22. Digest. tit. 3. leg. 2. Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. e.g. Si quis certi apud homines extare contendam, tu verò neges: meum est assertionis mee rationes afferre; tu verò à probanda parte negativâ omnino es immunus. At si propositionem quamdam, quæ vel ius vel factum contineat, ido-

neis argumentis probavero, nec tu is te de- 203.  
dere, sed partem negantem mordicus tenere  
velis: tuum erit argumenta mea refellere,  
et negationis, si quam habes, rationem red-  
dere: alioquin nullus esset probandi finis,  
quantoquidem, utajunt, plus negaret asi-  
nus, quam probaret Philosophus.

Hae de Lois Dialecticis plusquamla-  
tis, de quibus forte per totam vitam ne  
vel somnians quidem cogitabimus, ubi  
questio aliqua nobis disutienda erit:  
nec tamen, cum tot celebres viri de iis men-  
tionem fecerint, illos omnino proterere  
volumus.

§. Septimus.

De Sophistarum fallaciis.

188.

Sophista nomen initio perhono-  
rifiam fuit, non sicut ac Magi, Astro-  
logi, Tyranni, et alia hujusmodi, quae  
sols hominum, qui iis insigniti fuerunt,  
vitiis, in malam partem postea sumi coe-  
pere. Sophistes enim a Sapiencia, quam  
profitebatur, fuit denominatus: sed  
multi Sapiencia nomine ad suum aliis  
faciendum abusi, artem illam omnium  
odio et despectui exposuere.

In hoc ergo Sophista a Sapiente dif-  
ferre videtur, quod ille ex fucata falsa-  
que Sapiencia quæstum captet, et malit  
Sapiens videri, quam esse; Sapiens vero  
è contra veritatis studio teneatur, eam  
defendat; nec tantum non mentiatur  
sed etiam aliorum mendacia et fallaci-  
as detegat, ac refellat.

Omnis porro cavillatio vel fallacia  
Sophistarum vel in dictionibus posita  
est, vel in cogitationibus. Prior diu-

204. tur Grammatica; posterior vero Logica  
vocari potest.

Grammatica fallacia vel in equivo-  
co seu ambiguo vocabulo sita est; ut si dica-  
tur, aliquod Sydes est Leo: ergo rugire po-  
test; vel in ambiguo sermone, sive, ut Graeci  
ajunt, amphibologia, ut istud Crauli  
responsum,

Cæsus Halim penetrans magnam pervertet opum  
vim.

Incertum enim, quenam hinc duce-  
nda sit conclusio; an ista: Ergo Cæsus flumi-  
um Halim superans hostium opes subvertet;  
an illa: Cæsus propriarum opum jacturam  
faciet. Utrumque enim Crauli responsò per  
inde continetur.

Ad ambiguitatem quoque pertinet  
interrogatio multiplex, cui simplicii respon-  
sione satisfieri non potest. Ut si quis qua-  
rat, an Aristoteles sit Philosophus, et Phi-  
losophorum Princeps? Enimvero aliud est  
querere, utrum sit Philosophus? De quo nul-  
la est controversia; an Philosophorum Prin-  
ceps? De quo potest esse dubium.

Magis adhuc ineptæ sunt cavillatio-  
nes, quæ in accentu vel genere dictionis  
consistunt: ut si quis v. g. vitiliget  
circa hanc vocem populus, quæ, ubi foemi-  
nini generis est, et primam Syllabam longam  
habet, arborem significat; cum vero primam  
habet brevem, ac masculini generis est, ho-  
minum multitudinem denotat.

Sed hæc omnia et similia enigmata sunt  
commatis; majorem attentionem meren-  
tur fallacia seu Sophismata Logica; quæ  
ad aliquot capita hoc ordine reduci so-  
lent.

Sophisma primum.

205.

189.

Aliud probare, quam quod est in quaestione.

Hoc Sophisma nuncupatur ab Aristotele Ignoratio elenchi, id est, ignoratio ejus, quod in adversario est reprehendendum et contra eum probandum. Inter disputandum incalescimus, cum tamen saepe numero alter alterum haud intelligamus. Ex animi perturbatione, ex mala fraude adversarius nostris ea affingimus, quae ab eorum mente sunt alienissima, quae facilius et majori cum plausu illos contorere possumus; his consecutiones adscribimus, quas ex ipsorum opinionibus deduci posse, inepte arbitramur, etsi illas consecutiones ipsi meti rejiciant et perneget.

Utinam Aristoteles, qui hujus vitii sollicitus nos commonefecit, in eo fugiendū aequè sollicitus fuisset. Veterum Philosophorum sententias, quas impugnavit, mala plerumque fide retulit. Parmenidem et Melissum redarguit, quod unum duntaxat compositionis principium in corpore naturali agnoscerint; cum tamen hi duo Philosophi vel de materia sola omnibus corporibus communi, non excludenda ipsius forma seu partium suarum ad se se invicem dispositione et situ; vel de principio efficiente, seu prima causa, Deo solliciti, sint intelligendi.

Veteres inuasit, quod nullam inter rerum corporearum principia privati assignarint; idosque hae de causa velut crassos et hebetes <sup>exagit</sup> ~~exagit~~. Sed quis adeo coecus, qui non videat idem, quod huc ab eo velut quoddam ad haec usque tempora latens arcamum proponitur, a nemine

206. prorsus potuisse ignorari? cum omnino sit im-  
possibile, ut quis non videat, materiam, ex  
quâ v.g. mensa fit, mensam nondum fuisse,  
antequam mensa facta fuerit.

Ⓟ Dd

85

Equidem veteres mystici huius Aris-  
totelici principii nullam fecere mentionem,  
quod illud ad investigandam rerum naturam  
nullius usus esse ultro siverent; cum mani-  
festissimum sit, non melius cognosci, quo-  
modo e.g. horologium fiat, quamvis sua-  
tur, materiam, ex quâ horologium cons-  
truendum erat, prius non fuisse horologi-  
um. Et verò, ubi Statuarius idem v.g. qui,  
ut tyronem suum suspensa statua artem  
doceret, hoc principio, à quo Aristoteles  
rerum naturalium, seu corporearum expli-  
cationem ordiri iubet, ante omnia illud im-  
buat, hisque eum complectet: heus tyro!  
oportet te, in ipso artis vestibulo, sive, quod  
ut Mercurius a te fiat et sulpetur, eligere  
debeas marmor aliquod, quod nondum sit  
Mercurius quidam.

Perperam igitur Aristoteles Antiquis  
objecit ignorationem principii illius, quod  
ab ipsis ignorari non potuit; quamvis meri-  
tò illud neglexerint, quod ad explicandam  
rerum naturam illud nihil omnino prodesse  
ultro perspectum habuerint?

190.

Sophisma Secundum.

Id supponere, quod est in questione.

Hoc Sophisma in Scholis petitio prin-  
cipii nuncupatur: cum nempe id, quod in  
questionem venit, ac principio seu initio  
quisitum est, petitur, sive assumitur  
tanquam certum, quod recte rationi vel  
maximè adversari evidens est; cum in om-  
ni probatione Medium ipsa questione  
probanda seu conclusione et clarius et notius

esse debeat. Huius tamen Sophismatis ipse 207.  
Aristoteles merito postulari videtur, dum  
terram centrum Universi occupare sequenti  
argumento aperit:

Gravia ad centrum Universi naturaliter  
feruntur, à quo levia recedunt:

Sed experientia constat, gravia ad centrum  
terrae ferri, à quo levia recedunt:

Ergo idem est centrum terra cum centro Uni-  
versi.

Evidens est, Aristotelem in hoc argu-  
mento in Majore manifestam principii  
petitionem nobis obtrudere. Committit equi-  
dem, gravia terra centrum petere; sed un-  
de Aristoteles resurrit, eadem gravia ad Uni-  
versi centrum ferri, nisi supponat, at in-  
eptè, unum idemque esse Universi et terra  
centrum? quod tamen est ipsa conclusio,  
qua erat probanda, et quam tamen ipse non  
probat.

Ad istud quoque Sophisma merito  
reducuntur pleraque argumenta illa, quae  
vulgares Philosophi adhibent ad genus quod-  
dam exoticarum Substantiarum in rerum  
naturam invehendum, quas formas Subs-  
tantiales nuncupant. Haec, iuxta ipso, cor-  
porea quidem sunt, et à materia educta,  
attamen corpora non sunt; quod certe nul-  
lo pacto assequi mente valeamus. Ajunt  
quidem, quod, nisi huiusmodi forma Subs-  
tantiales admittantur in rerum naturam,  
nuda futura sit generatio: sed manifes-  
tum est, eos huc supponere, quod vel ma-  
ximè ipsi esset probandum, scilicet, huius-  
modi formas ad generationem corporis  
aliquis esse necessarias; cum tamen talis  
generatio ex successiva partium corporea-  
rum dispositione explicari possit sine.

208. Suppositione novarum Substantiarum illarum, quae nunquam sunt aut esse possunt; cum natura novas Substantias progignere non possit; idem creationem revolet, quae ad solum Deum spectat.

191.

Sophisma Tertium.

Causam assignare, quae Causa non est.

Hoc Sophisma in Scholis minuat<sup>ur</sup> à non causâ pro causâ; cum scilicet in causa loco affertur, quod tamen causa non est.

In illud iterum lapsus videtur Aristoteles, quando ex remotis, nihilque probantibus causis Mundum esse perfectum probare conatus est: Mundus perfectus est, inquit, quia continet corpora; corpus perfectum est, quia habet tres Dimensiones; tres Dimensiones perfectae sunt, quia tria sunt omnia; tria autem sunt omnia, quia voce Omnis non utimur, quando res unica est aut etiam bina, sed solummodo quando sunt tres. Hoc pacto sane etiam probari potest, quod minima atomus, imò vacuum ipsum, si datur, aequa perfecta sint ac totus Mundus; atomus enim et vacuum non minus ac Mundus tribus Dimensionibus constant, id est, in longum latum et profundum expanduntur. Tantum ergo abest, ut hoc argumentum suo Aristoteles Mundum esse perfectum probet, quin è contra verum est, corpus quia corpus essentialiter esse imperfectum, Mundique perfectionem in hoc duntaxat consistere, quod creaturas in se contineat, quae corpora non sunt sed Spiritus.

Vanitas quoque et Superbia nostra loquens etiam in istud Sophismatis genus nos agunt praecipites. Quia enim ignoran-

2  
86

tia et insuitia nostra nos pudet, maledimus, 209.  
rerum, de quibus consubimur, imaginarias,  
fictitias, atque generales, quae nihil dicunt,  
effingere causas, quam fateri, nos eas igno-  
rare. Hinc virtus illa magnetica ferri  
attractiva in magnete, purgativa in Sena,  
Soporifica in papavere: Hinc, inquam,  
nomina illa facultatum, Sympathia,  
Antipathia, occultarum Qualitatum  
et cetera hujusmodi, quae ad rerum natu-  
ralium cognitionem obtinent potius, quam  
proveniunt.

Sophisma Quartum.

192.

Imperfecta enumeratio.

ut si quis dicat: Titius capite Damna-  
tus est, vel sua culpa, vel pravitate Ju-  
diciam: imperfecta est enumeratio: nam  
id etiam falso sed invictis improborum ho-  
minum testimonio, aut aliis modis po-  
tuit accidere.

Sophisma Quintum.

193.

De re aliqua promittiare ex eo,  
quod illi tantum per accidens convenit.

Hoc Sophisma in Scholis dicitur fat-  
lacia accidentis: cum nempe alicui rei  
simpliciter et absolute tribuitur, id, quod  
illi tantum per accidens convenit. Hinc  
tot adversus Stibium seu Antimonium vo-  
ciferationes, quasi ab arte medendi velut  
noxium esset amandandum, quia ali-  
quando imperite porrectum quibusdam  
noceat.

Hinc etiam nostrae aetatis Aetholi-  
ci rudibus plebejis aliisque imbellibus  
persuasere, diaboli commenta esse Sanc-  
torum invocationem, reliquiarum cultum,  
orationes pro defunctis; eo quod abusus  
et superstitiones quaedam in sancta haec

210. exercitia ab omni antiquitate confirmata  
inreperunt: quasi vero rebus optimis ini-  
quus usus malitiam affricare posset.

In hoc etiam vitium labimur, cum  
simplices rerum occasiones verarum cau-  
sarum loco habemus. Sic perperam Re-  
ligioni Christiana imputaretur tot milli-  
um hominum strages, qui maluerunt An-  
quinem suum effundere, quam Christum  
negare. Non enim Religioni Christiana,  
non Martyrum constantia adscribenda  
sunt hæc cædes, sed Ethnicorum iniquitati  
et immanitati.

194.

Sophisma Sextum.

Argumentatio à sensu divisò  
ad sensum compositum: vel à sen-  
su composito ad sensum divisum.

Primum in Scholis nuncupatur falla-  
cia divisionis; alterum fallacia composi-  
tionis. En utriusque exempla:

Christus Dominus patrata à se mira-  
cula in Evangelio referens, ait: coeci vident,  
claudi ambulant, surdi audiunt, &c. Hoc  
autem solummodo verum est, si ista lu-  
mantur divisim, non conjunctim, id est,  
in sensu divisò non composito. Nam coeci  
non vident, quamdiu coeci sunt; nec surdi  
audiunt, quamdiu surdi sunt; sed illi, qui  
aliquando et prius coeci erant, modo autem  
amplius coeci non sunt, vident, &c.

Eodem sensu dicitur Deus in Sacris  
Scripturis impios justificare, non quod illos  
pro justis habeat, qui adhuc sunt impii; sed  
quod gratia sua illos efficiat justos, qui  
prius fuerant impii.

È contra sunt quaedam propositio-  
nes, quæ vere non sunt, nisi in sensu com-

7  
87

211.  
posito. e.g. S. Paulus ait, maledicos, fornicatores, avaros, non intraturos regnum Coelorum; non tamen aperit, nullum eorum, qui haec peccata perpetraverint, fore salvandum; sed tantum eos, qui in iisdem perseveraverint, nec ad Deum conversi fuerint, à regno coelorum esse excludendos.

Patet igitur, ab uno sensu ad alium hinc Sophismate transiri non posse; eoque e.g. malè ratiocinari, qui in peccatis perseverantes sibi coelum spondent, ex eo, quòd Christus venerit peccatores salvos facere; atque in Evangelio dicat, mulieres peccatrices Thariseos procepuras in regno coelorum: quia non venit peccatores salvos facere, quamdiu manent peccatores; sed docere modum, quo desinant esse peccatores.

Sophisma Septimum.

198.

Argumentari ab eo, quòd est verum secundum quid, ad id quòd est verum simpliciter; et vice versa.

In Scholis hoc Sophisma dicitur fallacia seu Sophisma à dicto simpliciter ad dictum secundum quid, et vice versa. Ut e.g. si quis ex eo, quòd praecepta Dei solius naturae viribus divinam gratiam destitutis impleri non possunt, illa simpliciter et absolute impossibilia pronuntiet; talis enim argumentatur à dicto secundum quid, sive ab eo, quòd secundum aliquem duntaxat modum verum est, ad dictum simpliciter. È contrario, si quis dicatur bonus cum addito v.g. bonus pictor, ex eo, quòd sit bonus simpliciter: mala futura est consequentia: siquidem ducetur à dicto simpliciter ad dictum secundum aliquem modum; nam ex eo, quòd quis sit bonus simpliciter, minimè sequitur, quòd sit bonus pictor. ubi notandum, quòd, cum homo dicatur bonus

Simpliciter attributum bonus cadat in Subjec-  
tum homo: sed cum dicitur bonus pictor, vox  
bonus non afficit Subiectum homo sed attribu-  
tum pictor.

Hæc sunt præcipua Sophismatum, quæ  
in vitâ ac Societate humana passim occurrunt  
genera. Solvuntur autem Sophismata 1<sup>o</sup>  
cum fallacia detegitur, id est, cum explicatur  
homonis ambiguitas, multiplexque sensus distin-  
guitur. 2<sup>o</sup> cum Sophisma videtur et con-  
tenuitur. 3<sup>o</sup> cum questio alio detorquetur,  
et Adversarius ad novam questionem expenden-  
dam ex occasione traducitur. Sed prima dunta-  
taxat Solvendi Sophismatis ratio vero Sapienti  
convenit; nec posterioribus, nisi raro, et cum  
aliter Sophista pervicacia vinci non potest  
utendum. Nam ad eas artes ipsi quoque Sophis-  
ta ac mala fidei homines sæpe confugiunt;  
qui cum validis Adversariorum rationibus  
urgeti se indequaque sentiunt, questionem  
propositam declinant; novisque et proorsus  
extraordinarias difficultates substitunt; aut  
ambages querunt; vel contemptu aliquo tan-  
tum seu in visione, additis quandoque disteris,  
respondent; ut sic ipsi inter imperitos tri-  
umphent, et Adversarios suos in contemptum  
adducant; aut, si fieri possit, ad iracundiam  
provocent: quia tunc sui minus compotes  
effecti rationum harum obliviscuntur,  
aut earum vim minus percipiunt: nam  
Impedit ira animum, ne possit cernere  
verum.